



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Tertiarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

## 392 TERTIARII.

nisi testator aliquid legauerit: sibi autem extra summam necessitatē existenti, communiter non potest, nisi constiterit de voluntate testatoris, aut alios habeat executionis coadiutores. art. 4. & tom. 2. q. 126. art. 8.

Regularis etiam exemptus, aut Prælatus testamentarius potest conueniri ab Episcopo pro reddenda ratione executionis testamenti. Quod intelligendum de Religioso habente exemptionem communem, & conuentionibus ratione contractus, vel delicti subiecti, non autem de iis qui conueniri non possunt, quales sunt omnes Mendicantes. art. 5.

Nulli autem prohibetur testari in testamentis cum licentia Superioris. quest. 71. art. 2.

## TERTIARII.

*Vide Exemptio.*

**T**ertiarij, quos Sanctus Franciscus instituit, viuentes in dominibus suis, non sunt Religiosi, cum non dederit eis Regulam, sed tantum pium quendam viuendi modum;

dum; vnde Fratres nullam in eis  
habent iurisdictionem; sed tantum  
curam spiritualem; illi autem qui  
vivunt in communi secundum Re-  
gulam approbatam à Sixto I V. sunt  
verè Religiosi, & sub cura Fratrum  
Minorum, iis exceptis, qui tacenti-  
bus Prælatis Ordinis, Episcopis se  
subdiderunt. *tom. 3. q. 72. art. 1.*

Seraphicus Pater Sanctus Fran-  
ciscus primus fuit qui Tertiarios  
instituit; ad cuius postea imitatio-  
nem alij omnes à summis Pontifi-  
cibus hoc idem impetrarunt. In  
Ordine Prædicatorum sunt Fra-  
tres & Sorores Tertiariæ tria vota  
essentialia emittentes, ac proinde  
veri Religiosi. In ordine Minimo-  
rum sunt etiam utriusque sexus,  
sed tamen non videntur Religiosi.  
Ordo Carmelitarum, & Augusti-  
niensium solum habet mulieres, non  
Religiosas, sed pœnitentes. *artic. 2.*  
*& 3.*

Habitus Tertiariorum Beatissi-  
mi Patris nostri Francisci viuen-  
tium in mundo secundum primam  
institutionem, est quoad formam  
similis habitui sæcularium; sed

Bb 5 quoad

quoad colorem cinereus: viuentium autem in Cōgregatione debet differre forma & colore ab habitu eorumdem Fratrum , hoc est , esse coloris obscurioris , non quidem albi aut nigri , magis tamen ad nigredinem tendentis. Quoad formam caparōnem habēs ita latum, vt desuper scapulas descendat ab utraque parte per quatuor digitos , & in longitudine infra corrigiam; prout statuit *Iulius II.* Cordam per suām Regulam portare non debent , sed corrigiam ; vnde quod hodie aliter vestiuntur in quibusdam locis , consuetudine, seu, vt verius , corruptela introductum est , meritò reformatā. art. 4.

Hodie ex constitutionibus *Pij V.* & *Greg. XIII.* Tertiarij sancti Francisci viuentes in communi, sub cura & regimine Fratrum Minorum, Regulam approbatam videntes , gaudent omnibus eorum priuilegiis, exemptionibus , immunitatibus, & gratiis. q. 73. art. 1.

Aliæ autem Tertiariæ subsunt Episcopis ; sed gaudent Fratrum priuilegiis quoad indulgentias , & absō

TORTURA.

395

absolutiones. art. 2. & quæst. 74.  
art. II.

TORTURA.

Vide Index.

**N**on est in usu Religionum aliud torturæ genus, quam flagellatio & iejunium in pane & aqua; alia autem in aliis tribunalibus exerceri solita, absit quod admittantur in eis propter reuerentiam clericatus; & habitus regularis. tom. 2.  
q. 12. art. 4.

Nec unquam debet esse tanta flagellatio, ut incolumitas flagellati ledatur, ut iure prohibetur, vel ut videatur esse in vindictam sanguinis. q.

20. art. 7.

TRIBUTVM.

Vide exemptio.

**P**ius V. post alios summos Pontifices concessit Regi Hispaniarum Philippo quoddam subsidium pro expeditione belli contra infideles, super redditibus bonorum Ecclesiasticorum, & Regularium, etiam militiæ Regularis (demptis Cardinalibus, & militibus Hiero-

soly

ium  
dif-  
eo-  
co-  
albi-  
edi-  
ca-  
per-  
par-  
ngi-  
tuit  
gu-  
rri-  
ve-  
on-  
tela-  
for-  
  
V.  
an-  
ura  
Re-  
au-  
iis,  
&  
unt  
am  
&  
oso